

Wf
1725

III, 16.

216.

III, 16.



DE
SVMMS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
IN. REM. ALTENBURGENSIVM. SCHOLASTICAM
MERITIS

PROGRAMMA. XII

QVO

AD

SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI

FRIDERICI. III

DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS
HENNEBERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
RAVENSTEINII. ET. TONNAE

PRINCIPIS. AC. DOMINI. NOSTRI

LONGE. CLEMENTISSIMI

PATRIS. PATRIAE. OPTIMI

D. VII. KAL. MAII. 1815

FAVSTISSIMO. OMINE. REVERSVM

NATALEM. EXOPTATISSIMVM

CRAS

AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III

IN. ILLVSTRI. GYMNASIO. FRIDERICIANO

DEVOTISSIME. CELEBRANDVM

PER ILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI.

AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES

MAECENATES. MAXIMI

CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI

RELIQVI. REI. NOSTRAE. SCHOLASTICAE. FAVTORES

O. O. HONORATISSIMI

VT

TRES. EQVESTRIS. AC. CIVICI. ORDINIS. IUVENES. LECTISSIMOS

VERBA. AC. VOTA. PVBLICE. FACTVROS

VISITATA. IPSIS. GRATIA. ET. BENEVOLENTIA. AVDIANT

DEMISSE. ROGANTVR. AC. DECENTER. INVITANTVR

A

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE

LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA



impulsa tandem, clementissime aspirante DEI. O. M. gratia, exitiosa belli tempestate, postquam carendo magis intellexerunt homines, quam antea fruendo, quantum in pace infit boni, atque vt restator esset gratæ erga omnipotentem tranquillitatis publicæ aurorem pietatis memoria, gratulationibus ad omnes omnium fere locorum sacras aedes religiosissime ad præscriptum factis, pie nobiscum reputantes, quanta cura, fide, constantia omniaque prudentissime temperandi dexteritate ad salutem subiectorum ab interitu vindicandam adiuuauerit SERENISSIMVS. PRINCEPS. AC. DOMINVS. FRIDERICVS. III. DVX. SAXONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRAFIVS. THVRINGIAE. MARCHIO. MISNIAE. PRINCEPS. COMES. HENNEBERGAE. COMES. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTA. RAVENSTEINII. ET. TONNAE. PRINCEPS. AC. DOMINVS. NOSTER. LONGE. CLEMENTISSIMVS. PATER. PATRIAE. OPTIMVS. AT. QVE. PROVIDENTISSIMVS omnium turpissime ingrati futuri effectus, nisi et consuatricem DEI providentiam venerabundi adoraremvs prædicaremvsque, quod in summa rerum perturbatione grauisimis curis ac negotiis distentissimum, incolamem ac vegetum praeslitterit, vitamque EIVS in meliora et laetiora tempora reservauerit, et IPSI praeserim in his exoptatissimi NATALIS solennibus deuotissime gratularemur. Quanto tristiores musae nostrae inter subita et minacia belli fata, impares se pietati ac laetitiae suae publicæ testificandae sentientes, per hos inter spem et metum transactos annos, flere coactae fuerunt: tanto nunc alacriores ac laetiores ad celebrationem illius diei, ex quo publicæ felicitatis continuatio reiue sacrae, ciuili ac litterariae salus pendet, redduntur efficaciusque animantur. Hilari animo rehatam quasi, de Summis SERENISSIMAE. GENTIS ERNESTINAE in rem Altenburgensium scholasticam meritis agendi occasionem arripio, et cum maximi beneficii loco habendum sit, quo DIVVS. IOANNES. PHILIP PVS, rem sacram et scholasticam sibi deuinxit, quod curam eius praecipuam talibus viris commiserit, quorum et eruditio et fides magni ab omnibus aestimata est, eosque gratia sua atque adfensione dignatus sit: nunc de magni nominis viro, prius quam res sub SERENISSIMO quondam FRIDERICO. GVILIELMO. POSTVMO gestas attingo, commemoratu dignissima paucis absoluum.

EST ille D. HENRICVS. ECKHARDVS Vetteram, superioris Hassiae oppidum patriam, patrem IOANNEM. ECKHARDVM Wetterensis Dioeceseos Praefectum, habuit, die XIX. Octobr. 1611. in lucem editus. Cum ad eos annos pervenisset, vt illas percipere doctrinas posset, quibus puerilis aetas imperitari debet, in scholam patriam missus, Georg. Mercatore magistro, propter docilitatem ingenii celeriter, quae tradita erant, acceptis (a), annos admodum XIII habens, Marpurgum in Academiam abiit, ibique Balth. Menzero doctore, diuinarum praecipue rerum scientiae operam dedit, et anno 1629. Rudolpho Goelenio praebente, sedecim annorum adolefens, primam philosophiae lauream, primus XXV competitorum, accepit annoque interiecto, Philosophiae Magister creatus, nihilo inde in Theologiae studio seignior, 1631. Farnrodum a Burggrafio Kirchbergensi, vt aulae ac concionibus esset, vocatus, biennio post in Comitatu Schwarzburgico Ingenium Ecclesiae Pastor constitutus, anno 1637, in noua Giefsensium Academia (b) primus omnium Theologiae Doctor renuntiatus est, non autem in Marpurgensi studiorum Vniuersitate, quod in Lexico Eruditorum perperam his verbis indicatum deprehenditur: *Is der erste gewesen, der auf der neuen Vniuersität Marpurg in Doctorem Theologiae promoviret hat* (c), neque enim Marpurgensis Academia tum noua dici poterat, anno 1637 iam condita, quod in Giefsensium 1637 demum exortam relictus quadrat. Ad Singenes redux, non ita multo post oblatam a Giefsensibus Theologiae Professionem accepit quidem, sed vltra biennium non ornauit, denuo a CAROLO. GVNTHERO Schwarzburgico Franckenhusam ad suscipiendum Praefulis munus accessit, quo cum per sexennium spatium maxima cum laude functus esset, tandem, Altenburgum inuitatus, grauisimum Ephori Generalis officium humeris suis imponi passus, anno 1646 singulari bonorum omnium plausu exceptus est et spem

(a) M. FRIDER. GOTTER in *Elogiis clarorum virorum, qui Altenburgum illustrarunt* p. 26.

(b) Conf. 10. MÜLLER *Scholastica de Altenburgensi Ecclesia Praefulis*.

(c) *Compend. Gelehrten LEXICON* Edit. MDCXXV.

de se conceptam, vt Gotteri verbis vtar, egregiis actionibus in officio superauit, sed nondum totos octo annos. Anno enim 1696 Martii huc delatus, d. xxi. Febr. 1696, phthisi correptus, piam et laboriosam vitam cum morte commutauit. Amulsiatae et a veritate Euangelicae religionis ne latum quidem vnguem discidentis doctrinae quam tenax fuerit, quam acer defensor ac propugnator, non tantum ex eo, quod *Gisbertus Voëtius*, laudi potius, quam opprobrio ducendo nomine, *rigidum Lutheranum* (d) dixit, sed ex scriptis etiam egregie cordatum Theologum declarantibus patet. Fuerunt ea, Gottero (e) teste, *Disputationes de variis controuersis* α) *An DEVS. VERBUM proprias suas excellentias realiter adsumat humanitati communicauerit*, β) *de Locutionibus abstractiuis et concretis in mysterio communicationis idiomatum explicando*, γ) *de Manducatione Sacramentali SS. coenae*, δ) *de Methodo contra Zabarellam*, ε) *de Viribus liberi arbitrii*, ζ) *de Baptismo*. *Conciones variae*, in quibus decem de *Misericordia DEI*, aliae, *Tabulae haeresiologicae*. *Compendium Theologiae patrum*. *Papa Pharisaeizans, de Causa meritoria iustificacionis contra Piscatorem*. *Fasciculus controuersiarum quae nobis cum Caluianis intercedunt*, quem librum a Wendelino, Voëtio et Hoornbekio impugnatum Christianus Eckhardus filius sub praefidio Gerhardi et Maioris defendit Wendelinumque inprimis confutauit. *Pandectae controuersiarum religionis nostrae cum Pontificis*. *Tractatus de Poenitentia, de Defensu CHRISTI ad inferos*. *Analysis Epistol. Ioannis. de Ordine ecclesiastico et politico*. *Jogoge in Catechismum Lutheri*. *Instruction von der Theuerung*, quae omnia, quantum ille fuerit, abunde testantur.

Nunc igitur ad recolendam immortalium SERENISSIMI quondam FRIDERICI GVILIELMI POSTVMI in rem nostram scholasticam meritorum memoria, serie annorum duce, progredior, ea quae ab Eo in Ecclesiam et scholas collata sunt gratissima mente commemoraturus. Postquam anno 1691 prid. Id. Febr. natus, aetate et prudentia feliciter tractando imperio maturus FRATRI SERENISSIMO. DIVO. IOANNI PHILIPPO. Kal. April. 1696 pie et placide denato successit, primo statim suscepti regiminis anno d. xvii. Kal. Septembr. generalem Ecclesiarum scholarumque visitationem fieri mandauit quatuorque fere annis interiectis 1698 omnes rerum sacrarum Antilites Altenburgum conuocauit, eo consilio, vt de continuandis visitationibus et aliis quae ad pietatem promouendam Ecclesiarumque et scholarum conseruationem pertinent, ageretur eodemque anno modum praescripsit, quo non nudum examen catecheticum, sed quauis occasione accuratior in fidei capitibus et pietate a Ministris Ecclesiae et scholarum informatio susciperetur, et ad eum finem D. Martino Caselio, Aulae a Concionibus sacris Principatusque Altenburgici Ephoro Generali iniunxit, vt Catechismum Lutheri, adiectis vtilibus additionibus illustraret (f). Anno 1698, compositis tandem Germaniae rebus, quae bello per triginta annos gesto tristim in modum turbatae fuerant, d. viii. Nonarum Augusti, edicto sanxit, vt DEO pro immortalis pacis beneficio per omnes Ecclesias ad d. xiv. Kal. Septembr. publice gratias omnes agerent totius Principatus incolae. Haec quidem communia rei sacrae cum scholasticae fuerunt, sed, quae nunc sequuntur, nostrae Altenburgensium scholae propria merito censenda sunt. Cum intelligeret SERENISSIMVS. DVX. FRIDERICVS. GVILIELMVS nec praeceptores erudiendae discipulorum multitudini sufficere, nec classes, quae adhuc fuerant, diuersis iuuenum profectibus pares esse, anno 1697 *Subconuictorem* reliquis collegis M. *Martinum Haertelium* (g) adiunxit eique mccc florenos assignauit ex quorum reditu salarium solueretur. Anno 1698 *Leuorem* sine *Quartum* adgregauit M. *Christophorum Graefium*, annuis ex m. florenis redditibus sustentando ei destinatis. Eodem anno, d. vii. Kal. Iunii *Selecta Classis* EIVS auspiciis constituta eius auditorium, quod nunc sextae classis adscripti frequentant, assignatum est, his exterius in pariete scriptis verbis insignitum:

TAMEION
DEO
MVSI
GRATIIS
S. (h)

Quae omnia sane quam indulgenti in facram non tantum, sed in nostram etiam, et nostram praecipue, scholasticam rem fuerit animo, luculentissime testantur. Nec vius

(d) IO. MÜLLER l. c.

(e) M. FRIDER. GOTTHEF. GOTTER in *Elogiis* p. 28. sq.

(f) Conf. CHRISTOPH. HENRICI LOEBERL *Hist. Ecclesiast. quae Ephoriam Orlamundanam in Ducatu Altenb. describit* p. 104.

(g) PAVL MARTINVS. SAGITTARIVS in *Dissertatione de Scholis publicis Altenburgensium*.

(h) P. M. SAGITTARIVS l. c.

uius modo suis sumtibus incrementa pietati et artium studiis dedisse facis habuit
SERENISSIMVS. DVX. FRIDERICVS. GVILIELMVS. POSTV
MVS. verum etiam post pium e vita exitum munificentiae Principalis memoriam
 amplissimis monumentis consecrauit, qui testamento. anno 1610. CLXVIII d. XII
 Kal. Aprilis facto, inter alia scholae nostrae ad emendum vel exstruendum musis
 aptum aedificium, quatuor florenorum millia, et in funere ducentos florenos
 in praeceptores et discipulos distribuendos singulari gratia legauit, cuius rei
 fidem Müllerus (i) facit his verbis: *An Legatis hat dieser Hertzog vererschafft und*
geordnet. 1) 4000 Gulden zu Erkauf- oder Erbauung eines bequemen Hausses in Al-
tenburg, zu einer Stadt-Schule. 5) 200 Gulden sollen bey des Hertzogs Begrabnis
unter die Schuldiener und Schüler distribuir werden. Tandem vitae gloriaeque
 satur diuinum spiritum d. x. Kal. Maii 1610. CLXIX. DEO reddidit, post mortem
 etiam incorruptae doctrinae euangelicae conseruandae cupidissimus. Successorique
 Filio curam eius grauissime testamento iniungens (k): *Bey Verlust GOTTes Gnade*
und Hulde ist der Successor erinnert, nicht zu verstaten noch zuzulassen, dasz eine
andere Lehre, wie die immer Nahmen haben mag, so der reinen Evangelischen Ses-
signmachenden Lehre zuwider, es geschehe unter dem betrüglichen Deckel des Syncre-
tismi, oder wie es wolle, auf einigley Weise und Wege eingeschoben werde.

Haec praefatus, ad propolitum pietati in DEVM. ET. PRINCIPEM
 nostrae contuentissimum venio. Illuxit post nubila dies omnibus exoptatissimus,
 quo omnium maxime vultu ridet fortuna sereno NATALIS. SERENISSIMI
 PRINCIPIS. AC. DOMINI. **DOMINI. FRIDERICI. III**
DVCIS. SAXONIAE. IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. AN
GRIAE. ET. WESTPHALIAE. LANDGRAFII. THVRINGIAE
MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE
BERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNA
STAE. RAVENSTEINII. ET. TONNAE. PRINCIPIS. NOSTRI
LONGE. CLEMENTISSIMI. PATRIS. PATRIAE. LONGE
OPTIMI illuxit ad votum omnium felicissime et eo quidem tempore, quo
 omnium aures gratulationibus de pace, diuino munere vniuersae Europae reddita,
 adhuc circumsonant. Nos quemadmodum DEO publice iam pro tanto benefi-
 cio cum omni Christianitate gratias egimus agemusque dum viuimus, ita PATRI
 PATRIAE PROVIDENTISSIMO. INDVLGENTISSIMO. DEMISSI-
 SIME gratulamur NATALEM. IPSI omen faustissimum, SERENISSI-
 MAE. CONIUGI. HEREDI. FILIO. SERENISSIMO. RELIQVVS.
 VTRIVSQVE. SEXVS. LIBERIS. SERENISSIMIS. TOTI. DO-
 MVI. SERENISSIMAE laetissimum, vniuersae patriae felicissimum atque vt
 quam saepissime, PRINCIPE saluo, saluis omnibus, cum celebrare contingar
 impensissime optamus.

Vt letatior sit pietatis in DEVM. ET. PRINCIPEM significatio. CRAS
 AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III in illustri FRIDERI
 CIANO. Gymnasio, tres selecti ordinis iuvenes lectissimi probatissi-
 mique prodituri sunt deuotissimorum animorum interpretes, quos vt PERIL
 LVSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI. AVLAE. AT
 QVE. VRBIS. PROCERES. MAECENATES. MAXIMI. CVRAE
 TQRES. GYMNASII. GRAVISSIMI. RELIQVI. REL. NOSTRAE
 SCHOLASTICAE. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI praesentia
 atque beneuolentia sua dignari velint demisse obseruanterque rogo.

CAROLVS. LVDOVICVS. HAVSCHILDIVS. ALTENBURGENSIS. Collegae
 nostri de iuuentute optime meriti filius, felici admodum ingenio praeditus bonaeque spei
 iuuenis DEO pro pace reddita gratias agat, SERENISSIMO. PRINCIPI de NA
 TALI auspiciatissimo gratulabitur Oratione Latina.

IOANNES. FRANCISCVS. LVDOVICVS. DE. DAVIER. EQVES. ANHAL
 TINVS generosissima stirpe digna mente praeditus idemque optimarum artium aman-
 tissimus et summissime moratus iuuenis, SERENISSIMI. PRINCIPIS. NATA
 LEM in laetissima pacis tempora incidendum celebrabit. Orat. Gallica.

GOTTLLOB. FRIDERICVS. WIMMER. FLEMMINGENS. iuuenis probitate, indu-
 stria ac modestia in primis commendabilis, patre recti exempli viro sacri ordinis
 dignus filius inter vota deuotissima SERENISSIMO. PATRI. PATRIAE gratias
 subiectissime agat, quod imperio subiecti inter grauissimas belli aduersitates antino aequae
 ac corpore semper praesto fuerit. Orat. Latina.

(i) IO. SEBAST. MÜLLER. *Annal.* p. 483.

(k) IDEM p. 482.

1725. 40

1078

ULB Halle 3
006 753 418





DE
 SVMMIS. SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE
 IN. REM. ALTENBURGENSIUM. SCHOLASTICAM
 MERITIS
 PROGRAMMA. XII

QVO
 AD
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
 DOMINI
 FRIDERICI. III
 DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
 LANDGRAFIL. HENNEBERGAE. PRINCIPIS. COMITIS
 ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
 ET. TONNAE
 DOMINI. NOSTRI
 FERDINANDI. PRINCIPIS. ELECTISSIMI
 SACCINGIAE. OPTIMI
 PRINCIPIS. REVERSVM
 ELECTISSIMVM

DIEM. HORA. III
 CALVARIAE. FRIDERICIANO
 ANNO. MDCCCXXXIII
 DIE. MARTIS. PRINCIPIS. FERDINANDI
 PRINCIPIS. FERDINANDI. AMPLISSIMI
 PRINCIPIS. FERDINANDI. PROCERES
 S. MAXIMI
 ELECTISSIMI. GRAVISSIMI
 SCHOLASTICAE. FAVTORES
 ELECTISSIMI
 PRINCIPIS. AVVENES. LECTISSIMOS
 PRINCIPIS. FERDINANDI. FACTVROS
 PRINCIPIS. FERDINANDI. BENEVOLENTIA. AVDIANT
 PRINCIPIS. FERDINANDI. CENTER. INVITANTVR

M. IOA. MOERLINO
 PRINCIPIS. FERDINANDI. DIRECTORE
 PRINCIPIS. FERDINANDI. COLLEGA. HONORARIO



ALTENBURGI. EX. OFFICINA. RICHTERIA

